DISSERTATIO JURIDICA
De
DECIMIS
Vulgò
Den Zehenden.
Quam
Divinâ opitulante gratiâ,
Permissu atq; Auctoritate Magnifici, Nobilissimi & Consultissimi JCtorum ordinis in florentissimâ ad Salam Universitate.
SUB PRÆSIDIO
VIRI
Clarissimi & Consultissimi
Dn. ANDREÆ RAMDOHR
J.U.D. Eximii, Mæcenatis, Promotoris
atq; Præceptoris sui singulari honoris & observantiæ cultu æviternùm prosequendi,
In Acroaterio JCtorum.
Ad diem Maji,
Horis matutinis
Publicæ & amicæ disquisitioni submittit
CASPAR MATTHÆUS Eylenbergk/
Misnicus.

JENÆ
In Calcographéo Blasii Lobensteins/
Anno M. DC. XLI.



VT Romani primum quemq; in ordine, qui bóni nominis erat, militem collocabant, ex quô bonum omen captabatur: Ita Nos in velitationis noſtræ legalis frontiſpiciô votivam priſcorú formulam, FELICITER, ponimus, atq; ita citra ullos verborum anfractus ad utilem, in totóq; Juris Canonici oceanô diffuſam *Decimarum* materiam accingimus; quam ſi non ubiq; ad uniuscujusq; palatum tractaverimus, alicubi tamen erit probi (ut ſperamus) ſaporis vigor, atq; nidoris gratia; Neq; benevoli oculi, ſi per partes ſingula fercula non probabunt, univerſa & junctim poſita adſpernabuntur. Interim

Tu, qui tecta colis ſuperi prælustria regni,
Alme Pater, Te quem Terra Polusq; tremunt:
Huc ades, adſpira captis! ——————

THESIS I.

IN frontiſpiciô autem ante omnia ſumus admonendi, nullam ſignificationis diſparilitatem exoriri, ſive legamus *decimæ* ſive *decumæ*; ſiquidem poſteriorem hanc lectionem non pauci è modernis adprobant; præprimis, cùm etiã olim latino *J.* magna, & ad commutationem proclivis fuerit cum vocali V. cognatio, atteſtante *Barnabâ Briſſoniô in Parergis, pag. m. 673 & Scalig. lib. 1. de L. L. c. 8.* Atque literarum *J.* & *V.* mediũ eſſe ſonum, auctor eſt *Fabius Quintilianus lib. 1. Inſt. Orator. c. 6.* Adeò, ut exinde earum adfinitas huic commutationi locum dederit, *Calvinus in Lexico Jurid. pag. m. 409.* Quæ & veteribus frequentiſſima fuit. *J. Lipſius in tr. de veter. latin. ſcript. pag. 86.* Conſimile quid videmus in voce *optumus* pro *optimus*, *æſtumata* pro *æſtimata*, *duploma* pro *diploma*, *monumentum* pro *monimentum &c.* Ut non immeritò, nec forſan incongruè in Pandectis Florentinis ſæpè V. pro J. ſcriptum deprehendamus. Quâ in re ſufficienter me informat feliciſſimus Critices Sa-lanę Interpres *M. Joh. Michael Dilherrus, Præceptor meus omni-*

genâ

gero bonorum cultu perpetim mactandus in struƈtissimo suo Apparatu Philologico pag m.65.& 114.

2. Hæ decimæ vocantur Portio Dei, *Malach 3.* Tributa egentium animarum *c sua nobis 26.X.de decimis.c decimæ 16 q. 1.* Sanctuarium Dei, *c ad hæc 15 X.h.t.* Patrimonium Christi, *c cùm secundum.16. X.de præbend* Possessiones Dei; Item cibus Dei, & Alimenta Scripturæ Sacræ, *c. revertimini 16. quæst.1 à Panorm.* Alimenta egentium animarum *in c.cùm homines.7 h. t. à Rebuff q.13. n. 22.* Cibus clericorum. Item, jus decimandi, das Zehend Recht oder Gerechtigkeit / die Zehend-Reichung / der Zehend. Quæ tamen vox dupliciter sumitur: 1. ex communi loquendi usu, pro territorio & districtu, i.e. quousq; se territorium ac Jurisdictio extendit, das Guht ist in einen andern Zehenden gelegen / oder: So weit gehet dieses oder jenes Flecken Zehend. *Besold.vol 2.cons 77.n.37.* 2. Pro quorumcunq; fructuum parte decimâ; de qua nobis sermo.

3. Originem illarum juri naturali accensemus, eò, quod ante legem scriptam, quando solùm lex naturalis vigebat, quibusdam solemne fuerit, variis de rebus decimas persolvere, ita tamen, ut ad earundem solutionem non sub peccatô adstringerentur, sed eæ, vel ex consilio, vel ex votô solvebantur, ut eruditè concludit erudita illa de *Decimis* scribentium triga, *Rebuffus quæst.1.num.5 Tyndarus quæst. 1. n. 8.* & *Alexander Moneta cap.1.n 3.* Sic Abraham de cunctis, quæ à quinque Regibus jure belli acceperat, decimas sacerdoti Melchisedech dedit, *Genes.14.vers.20.* Quô de *Divus Paulus ad Hebr. 7. in pr.* ait: *Intuemini quantus fuerit hic, cui & Abraham decimas dedit de præcipuis.* Et *Jacobum* Deo, si ab eô in viâ custodiretur, decimas omnium rerum vovisse, ex *Gen cap.28 vers.ult.* perspicimus. Quô more gentiles, & quidem non duntaxat Arabes Deo, quem *Sabin* vocabant, decimas turis consecrâsse, & Æthiopes *Assabino* Deo decumas de cinnamomô persolvisse, *C. Plinius lib 12 Nat hist cap 14.ac 19* auctor est; Verumetiam apud Romanos decimam prædę, spoliorumq; quicquid ex hostibus captum, victores quondam devovisse, testantur scriptores clarissimi, *Petr.Faber lib.2 Semestrium.c.3 pag.m 36. Alexander.*

xander ab Alexandro lib 3.genial.dier c 22 ibiq; Tiraquellus pag. m.408.& Brisonius lib 1.Formularum Roman pag. m.109. (Qui Lutetiæ à factiosis quibusdam Anno 1594 iniquè fuit strangulatus, *Job Cluverus in epitom.historiar p m.747.in f column. 2. Sleidanus continuatus pag. 687. 688. Bucholcerus in Indice Chronologicô, pag 706.*) adeò, ut alius eandem Apollini, alius Jovi (cui exinde Prædatoris cognomen inditum, testificante *Liliô Gyraldô in histor. Deorum gentil Syntag.2. Rosinô lib. 2. Antiq Rom.c 5 pag. 14. Hugone Grotio lib.3 de jure belli & pacis c. 6. pr.*) alius denique Marti sacram faceret. Simili ratione Herculi quoque decimam bonorum partem persolvere, sive (ut verbum hoc sacrificiale, litantibusq; usitatum retineam) polluцere solebant, *Alex.ab Alexandr.3.gen.dier.c.22.* Cujus consvetudinis rationem reddit supra laudatus *Gyraldus in vitâ Herculis pag m 556.& Gvilh Budæus in Annot. posterioribus ad l.2.ff. de pollicitationibus p 260.* Quos æquus Lector pro lubitu adire poterit. Et de hâc *Decimâ Herculaneâ* Ulpianum *in d. l. 2. ff. d. pollicitat* intelligendum esse, cum Galliæ illô portentô *Guilh. Budæo d.loc.* censemus; Quamvis alii ab hac opinione divortium faciant, inter quos etiam *Bartolus & Accursius*, qui talem decimam subintellexerunt, qualis à nobis hodiè agnoscitur: quam tamen *Ulpiano*, religionis quippe Orthodoxæ ignarissimo, cognitâ haut fuisse certū est. Neq; hic, militū decimationem (quę Græcis δεκατεύειν, *Herodot.* seu ἐκ δεκάδος ἀγεσθαι ἐπὶ θανάτῳ, *Polyb*) silentii sipario involvimus, quam *J. Lipsius lib 5. de Milit. Rom c 18. pag m 348.* pulcerrimum vocat inventum, & ita vetustum, ut exactis statim Regibus obtinuerit, eaq; lex Romanis propria fuerit, & *Patria* à *Dionysiô* dicta. Inde *Plutarchus* in *Crassô* πατρίόν τι κόλασμα, *patriam punitionem* hoc ipsum appellat. Cujus rei rationem idem *J. Lipsius ex Polybiô* subnectit, & hujus supplicii utilitatem: *Periculum enim*, inquit, *omnibus super caput est, atq; imminet ob incertam sortem: atq; inde metus, qui ferè inhærere solet iis, qui semel seriò admoti ad extremam illam metam.* Eandem expressit *Cicero pro Cluent* his verbis: *Statuerunt majores nostri, ut si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sor-*

sitione in quosdam animadverteretur, ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret. Ita quoq; puniebantur, qui turbidi in duces erant atq; seditiosi. Quæ severitas autem cùm hodiè in illis perierit, non mirum si & auctoritas: Nec, alia res militem in turbas ac scelera solvit, quam solutæ leges. In sanguine & cœde qui versantur, ferociam & contemptum induunt; nec nisi sanguine & cæde coercendi. *Adde Jacob Pontanum lib. 4. Progymnasmat. 24 p. m. 35.* Meminit proinde decimarum *Tranquillus in Caligula c. 26* hoc modô: *Scenicis ludis, inter plebem & equitem causam discordiarum serens, decimas maturiùs dabat. &c.* Quid autem hôc in *Suetonii* locô per decimas propriè intelligatur, ejusdem Commentatoribus (inter quos *Casaubonus p. m. 246. & Lævinus Torrentius p. 311.*) nondum etiam adhuc liquet, quam in rem & *Adr. Turnebus lib. 18. Adverſ. c. 5.* si placet, adiri poterit.

4. Postmodùm vero dictante ratione naturali à Deô institutæ fuêre, & sub veteri lege olim præceptæ non tantum reales, sed etiá personales. Illas præcepit solvi à populo filiis Levi pro ministerio, quod deserviebant ei in tabernaculo. Sic *Exod. 22 Decimas*, inquit, *& primitias non tardabis offerre.* Et *Levit. c. ult. verſ. 30. omnes Decimæ terræ sive de pomis arborum, sive de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur. Add Num 18 verſ. 21 & seqq.* De his habetur in *Nehem. c. 10. verſ. 37 Ibi: Levitæ decimas habent in omnibus urbibus, in quibus opus nostrum exercetur.* & *Deut. 12. offeretis decimas, & primitias manuum vestrarum.* Ad quod præceptum hodiè, non obstante *Card Tuschi*, aliorumq; Canonistarum opinione, ampliùs non obstringimur, *Moneta d. tr. c. 1. q. 2. n 11.* Tùm, quod politiâ Judæorum abolitâ, neq; in Evangeliis, neq in Actis Apostolorum ullum mandatum inveniatur de decimis exolvendis, *Vasquius Illustr controverſ. p. 1. lib. 2. c. 89 num. 1.* Tùm, quòd illud Moysis præceptum non morale, sed judiciale fuerit: & aliàs ministri verbi Divini hodiè paternis bonis non careant, nec in decimâ populi parte numerêtur, ut Levitæ olim sacerdotes, *Deut. 10. verſ. 8. Num.*

[illegible] *Moneta d. tr. c. [illegible] n. 13. & 14.* Adde omninò *Pasquinum d. loc. & Tyndarum de Decimis, n. 8.* qui tria tempora inspicienda esse, rectissimè monuit. Secus dicendum, si Juris Pontificii dispositionem inspexeris, de ea, an decimæ debeantur, non dubitandum; hincq; de solutione infiniti propemodùm occurrunt loci, ut *c. decimæ. 16. q. 1. c. omnes decimæ 16. q. 7.* Et *Concilium Tridentin. sess. 25. c. 12. de reform.* earum solutionem præcipit sub pœna excommunicationis. Eleganter *Petr. Rebuffus d. quæst. 1. de Decimis. n. 14. in f. De jure Divinô, dictante ratione naturali, decimæ inventæ sunt: à Jure verò Canonicô forma & declaratio est facta.*

5. Definiuntur decimæ, quòd nihil aliud sint, quàm *Omnium bonorum justè quæsitorum quota pars, Deo, ejusq; ministris Divinâ constitutione & ratione naturali suadente debita.* Quæ definitio colligitur ex *c. parochianos. 14. c. non est 22. c. tua nobis 26. § verum c. cùm non sit 33. X. de decim.* 1. dico: *omnium bonorum*, quia de omnibus bonis decimæ ministris Ecclesiarum sunt tribuendæ, *d. c. non est 22. c. ex transmissa. 23. X. h. t.* Quemadmodum hoc *Th. 7.* latiùs sumus ostensuri. 2. dicitur: *justè quæsitorum*; Eas enim res quæ iniquè fuerunt adquisitæ, quæq; alterius sunt, à decimarum sacris tanquam profanas procul excludimus, per *d. c. ex transmissa. 23. X. d. t. ibi: fidelis homo de omnibus quæ adquirere potest, decimas erogare tenetur*; Et furti species est, de alienis esse liberalem, *l. si pignore. 54. § 1. ff. de furt.* De illicitè quæsitis latè agit *Tyndarus d. tr. n. 45. & seqq. Rebuff. q. 5. n. 18. Moneta c. 4. q. 2.* de quibus et nos infra *Th. 7.* 3. Additur: *Quota pars*; Sive jam octava, decima, duodecima, quintadecima, vigesima, centesima, seu alia quota solvatur, semper secundùm communem loquendi usum habetur pro decimâ. Et vel maximè ejus quantitas ex diversâ diversi loci consuetudine determinari solet, per ea quæ traduntur in *c. cùm sint 18. c. in aliquibus. 32. c. dilecti. 8. c. ad Apostolicæ 20. X. de decim. Monet. c. 5. q. 4. n. 87.* Sic in Bavaria coloni, secundùm quod quisq; habet, decimas persolvit,

de

de modiis decem unum, de particis decem unam, de decem fascibus unum, de decem apum vasis unum, pulli quatuor, ova quindecim; notante *Joh. Boemô in tr. de omnium gentium morib. l. 3. c. 23.* Idem observatur in terris Saxoniæ, juxta *art. 48 lib. 2.* Landrecht. Ibid: Mann giebt auch an manchen Orden etwas (i.e. eine gewisse Summ) Getreydig zum Zehenden von der Hufen/und ein Lamb von der Schaff-Herde / so in einem Hofe gehet. Quod sanè per consuetudinem ita increbuisse cum *gl. ad hunc art. 48. in verb.* jegliches Vieh ꝛc. credendum. Sic circa decimationem militum notat *Joh. Lipsius locô supra all.* quandoq; vicesimationem adhibitam, imò & centesimationem. Exemplum utriusq; refert ex *Juliô Capitolinô in Opilio Macrino* his verbis: *Cùm seditiones militares pateretur, multò sæpiùs decimavit, aliquando etiam centesimavit, quod verbum proprium ipsius est, cùm se clementem diceret, quando eos centesimaret, qui digni essent decimatione atq; vicesimatione.* Sin a circa quantitatem decimarum singularis statuti vel consvetudinis probatio non fuerit, decima portio præstanda venit, *c. quoniam. 68. caus. 16. q. 1. Hackelmann in Disput. Canon. 8. θ. 3. lit. B.* Cur verò magis electa sit Decima pars, quam vigesima, vel alia quota, *Innoc. super rubr. de decim.* nullam, existimat, dari posse rationem, cùm Dei judicia sint incomprehensibilia: *Hostiensis* verò in *c. à nobis. 24. X. de decim.* & cum eo *Tyndarus d. tr. num. 28.* atq; *Moneta c. 2 q. 2. n. 6.* notant, quòd ideò Deus elegerit numerũ denarium, quia fuerit primus numerorum terminus, cum ultra eum non procedatur, nisi iteretur, & sic aliquid perfectionis habeat. Unde, qui dat decimam retentis novem partibꝰ, significat, imperfectionem ad se pertinere, perfectionem verò à Deo expectandam. *Rebuffus q. 2. n. 8. inf.* circa hanc quæstionem ita loquitur: *Deus à nobis primitias & decimas requirit*, id est, *primas & ultimas portiones, cùm ipse sit omnium principium & finis: cui principio fructus primarios, & cui fini decimas offerre debemꝰ; denarius enim est, & omnium numerorum complementum, & finis.* 4. additur: *Deo ejusq; ministris debita;* Illi debeomur

in

in signum universalis dominii, in quod eas sibi retinuit, atq; reservavit *c. cùm tua nobis. 26. & c. cùm non sit 3. X. h. t.* His verò pro victu & sustentatione *Num. 18.* Piè admodum *Innocentius III. in c. tua nobis. 26. X. de decimis.* inquit: *Decimas Clericis pro cultu Deum concessisse.* Cui convenit illud ejusdem *Innocent. in c. cùm secundum. 16. X d. præbend. Dignum profectò est; ut Ecclesiæ stipendiis ille sustentetur, in quâ & per quam Divinis obsequiis adscribitur &c.* Undè etiam, qui altari servit, de altari vivere debet, *1. Corinth. 9 vers. 13.* nec colligandum os bovi trituranti, *1. Timoth. 5. vers. 18.* Quanquam hæc decimarum summa ad certum stipendium seu salarium nonnullis in locis revocata. Verba in definitione ultima supra *in §. 4.* luculenter explicavimus.

6. Decimarum species (omissis ex veteri lege quatuor, & aliarum, quæ non adeò in usu sunt, generibus) communiter ac summatim duæ constituuntur: *Reales* seu *Prædiales* & *Personales. Rebuff. q. 3. n. 28 Tyndar. n. 4.* Hæ sunt, quæ de rebus, ex industria, artificio vel contemplatione personæ adquisitis, solvi debent, *gl. in c. ad apostolicæ. 20. c. pervenit. X. d. decimis. & c. decimæ. 16. q. 1. Moneta c. 3. n. 7.* Welche durch die Gesatz geistlicher Rechte / auff die durch gewerb Kunst / Krieg / vnd dergleichen rechtsamer massen eroberte Gewinn gesetzt worden. *Joh. Werndle in tr.* vom Zehend Recht. *lib. 1. c. 2* eæq; dantur Ecclesiæ, in quâ quis conciones audit, & Sacramentorum fit particeps. *Nic. Reusn. d. lib. 4. decis. 2. n. 7.* quanquam earum hodiè in Germanicâ rarior, vel nullus usus. *Basilienses vol. 3. Disp. de decimis. 6. §. 5. in f. Joh. Werndle loc. supr. alleg. Besold. vol. 6. consil. 282. n. 7.* Illæ vero sunt: quæ ex prædiorum vel aliarum rerum fructibus & proventibus solvuntur: ut de vinô, bladô, & fructibus arborum &c. Aut: quæ ex prędiis proveniunt, *c. ad apostolicæ. 20. vers. decimas vero messium. c. pervenit. X. h. t.* So von Aeckern / Wiesen oder Matten / Weingärten / Gärten 2c. gereicht werden. His *Hostiensis in summ. tit. de decimis, Rebuff. q. 3. n. 33.* & alii superaddunt

peraddunt adhuc tertiam speciem, quæ ex utrâq; composita sit, & mixta vocetur. Easq;, inquiunt, esse, quæ partim à prædiis, partim à personarum curatione proveniant, *Rebuff q. 3. n. 33. Reusnerus d. Decis. 2. lib. 4. n. 8.* Vel: de quibus dubitemꝯ, nũ prædiales sint, an vero personales, ut de agnis ac fœtibus aliorum animalium, quæ in pascuis sunt, gregatimq; pascuntur, *Pratejus in Lexic. Jurid. in verb. decimæ:* Welche von dem Vieh / alß Rindern / Kalben / Schaffen / Geissen / Lämmern / Gänsen / vnd allen andern so vnter des Hirten Ruthen gehet. Item: von der Wolle / von Immen vnd jhrer Frucht / alß Wachß vnnd Honig ꝛc. gereicht werden. *Joh Werndle d. tr. lib. 2. c. 1. fol. 56.* Quanquam illæ inter prædiales decimas ferè connumerari possint, *Reusner. d. decis 2. n. 8. Speidelius in Notabilibus, in verb.* Zehend / *pag. 995.* Decima autem, quæ debetur ex animalibus, aliàs vocari solet der Blud-oder lebendige Zehend carnaticus vel carnaticum, Carnium exactio, ut sunt friscingæ, porcelli, pulli. *Constit. Carol. Besoldus vol. 6. consil. 282. n. 4.* Per carnaticum autem *Vitus Amerbach* intelligit carnium decimam den Fleisch-Zehenden. *Vide Besold. in Thesaurô Practico, ad verb.* Zehend / *pag. 865. col. 1.* Sed ex his quædam rursus ex communi loquendi consuetudine sunt *vel Majores*, quæ ex re potissimùm frumentariâ aut vinariâ solvuntur, vulgò der groß-Zehend. Welcher gereicht wird von Weitzen / Rocken / Dinckel / Habern / Gersten / Reiß / Hirsen / Erbeiß / Linsen / Bonen / vnd allen andern Früchten / so der Halm trägt. *Vel Minores*, quæ ex leguminum aut olerum, similiumvè rerum proventu penduntur, easq; *Minutas* appellat *Adrian.* Pontifex *in c. ex multiplici 3. X. h. t.* vulgò Minut-oder kleiner Zehend / welcher gereicht wird von Obst / Oepffel / Birn / Nüß / vnd allem waß auff den Bäumen wächset. Item, von Kraut / Ruben / Flachß / Hanff / vnd dergleichen Früchten. *Reusn. d. lib. 4. decis. 2. n. 10. Basilienses vol. 3. Disp. 6. § 3. Besoldus in Thesaur. Pract. loc. sup. all. & vol. 1. cons. 19. in pr.*

Osten-

7. Oſtendimus, quid,& quotuplices ſint decimæ: Nunc videamus quibus de rebus ſolvantur. *arg.* §. *2.J. de ſuſp. tut.* Et generaliter ſciendum, quòd regulariter de omnibus rebus ſolvi poſſint,& debeant, *d. c. non eſt. 22. c. ex transmiſſa. 23. X. h. t.* Nim. de cunctis bonis, quæ homo licitè adquirere poteſt, *can. non eſt putanda. 1. q. 1.* Quippe cùm ea, quæ illicitè ſunt adquiſita, in bonis noſtris non eſſe dicantur, *l. 3. ff. pro ſocio. Reuſn. d. deciſ. 2. n. 45.* Ut 1. de tritico, hordeo, ſiligine, milio, avenâ, fabâ, paleâ, & aliis univerſis leguminibus, *c. ex multiplici. 3. c. non eſt. 22. X. h. t. c. quicunq; 16. q. 7.* 2. De arborum fructibus, ut nucibus, amygdalis, caſtaneis, *c. decimæ. 16. q. 1. c. non eſt. 22. X. h. t.* 3. ex hortis, *d. c. quicunq;. 16. q. 7. c. non eſt. 22. h. tit.* ut oleo, vinô, crocô, linô, canape, fœnô (vulgò Hew-Zehend.) *c. pervenit. 5. h. t.* Ita, ut ſi ager bis vel pluries in anno ferat fructus, toties ſolvendæ ſint decimæ, *Panorm. in c. ex parte. 21. X. h. t. Moneta c. 4. n. 12.* & ſi diverſa ſemina in eodem agro ſparguntur, ex fructibus omnium eſt ſolvenda decima. *Hart. Hartm. pract. obſ. lib. 2. Miſcell. ex Jur: C. c. 2. obſ. 10.* 4. De lignô, *Rebuff q. 8. n. 26.* vulgò Holtz-Zehend; De quo tamen decimæ raro penduntur in pleriſq; locis, *ut notat Beſoldus part. 2. conſ. 75. num. 6. his verbis:* Daß der Holtz-Zehend faſt nirgends / vnd in wenig Orten dieſes Hertzogthumbs / auch nächſt-gelegenen Herrſchafften erfodert oder eingezogen werde; daß alſo gewißlich vnzahlbare Perſonen zu finden / die die Tag jhres Lebens von einem Holtz-Zehend nichts gehöret haben. *add. num. 7. & ſeqq.* 5. De venationibus, piſcationibus & aucupiis, *Moneta cap 4. q. 1. concluſ 1. n. 19. 20. & 21.* 6. de novalibus; cùm, propter *c. quid per novale. 21. X. d. V. S.* ubi dicitur: piis locis privilegium eſſe conceſſum de decimis non ſolvendis ex terrâ novali. Jam autem in apricô eſt, quòd quodvis Privilegium præſupponat quandam regulam ſeu legem generalem; tum, propter *c. cùm contingat. 29. X. h. t.* Ubi expreſsè decimarum novalium mentio-

nem fieri perspicimus. vulgò der Noval-Zehend. *Reusner, d. decis 2. n. 49. 50. seqq.* Quanquam ejusmodi agri novales in Archiducatu Carinthiæ triennio à decimarum onere liberi sint atq; immunes, Zehendordnung / *artic. 9. ibi :* Ein Neubruch darauß die Stöckwurtzen geraumbt müssen werden / soll drey Jahr Zehend-frey seyn. Est verò Novale de jure Canon. ager de novô ad cultum redactus, de quô non extat memoria, quòd antè cultus fuisset, *c. quod per novale. 21. X d. V. S. Bursat. consil. 249. n. 9. Tusch. pract. Conclus. lit. N. concl. 114. n. 1.* Aliter Jure Civili accipitur, *teste Webnerô in obs. Pract. ad verb.* Noval-Zehend / *in pr.* 7. De animalibus, ut & de eorum fœturis & fructibus; *c. non est. 22. c. omnes decimæ. 16. q. 7.* Hinc textus in Landrecht / *art. 48 lib. 2.* daß mann jegliches Viehe / wann es junge gewinnet / verzehenden soll. Gratiâ exempli: de apibus, earundemq; fructu, *c. nuncios. 6. X. h. t.* Landrecht *d. art. 48. lib 2. ibi :* auch von Bienen nimpt der Zehender seinen Zehenden. De jumentis, de capris atq; ovibus, Landr. *d. art. 48. lib. 2. ibi:* Von jeglichen Füllen und Maul giebt mann einen Pfennig : von einen jeglichen Kalb / Esel und Schaff / Ferckel und Ziegen / einen halben Pfennig. Et hæ decimæ eô in locô solvi debent, ubi pascuntur animalia, *Zobelius in apostill. ad d. art. 48* Landr. *lit. b. in fin.* cum & boves dicantur esse illius loci, in quô laborant, *l. cùm quidam. 4. ff. de instruct. vel instr. leg.* Quid-si verò diversis in locis, seu Parochiis, pascant? Et adhuc dicendum, decimas de iisdem esse solvendas, ita sc. ut eædem dividantur, atq pro ratâ temporis solvantur, uti ubertim docet *Rebuffus, q 8. n n. 11. & q. 6. n. 26* atq; cum eô *Moneta c. 4. q. 4. 1. n. 16.* Nisi consuetudo in contrarium, quæ servanda *Rebuff. loc. jam alleg.* 8. Deniq; de omni artificiô, negotiatione atq; lucrô; vocatur Zehend von Besoldung und Kauffmans-Gewinn / *c. decimæ. 16 q. 1. c. ex transmissa. 23 X d. decimis. gl. in de art. 48.* Landr. *lib. 2. in verb.* dasselbe. *n. 3.* ibi : Mann soll auch von eines verdienten Lohn / und allem rechten Gewerb / Gewinst und

Beute:

Beute den Zehenden geben. Quamvis hæc species decimarum in Germania non adeò sit usitata, *Besold. in thesaur. pract adverb.* Zehend. *p. 865. colum. in f.* Hinc etiam debentur de iis, quæ per militiam justam à nobis adquiruntur. *d. c. decimæ. 16. q. 1.* Sive ea sit togata sive etiam sagata, per ea, quæ habet, *Moneta, c. 4 q. 1. n. 28.* Nec-non de auri, argenti, aliorumve metallorum fodinis *l. 3. C d. metall. & metallar.* de quibus vide *Berlich. p. 3. concl. 35. n. 17 & Gaden. consf. 2. n. 10.* Ut-& de molendinis, *c. pervenit. 5. X. h. t. Rebuff. q. 8. num. 6.* Quidverò de illicitè quæsitis sentiendum, an & de illis indistinctè solvendæ decimæ? Rem temperamentò expedimus, & prædiales decimas à personalibus distinguimus: De illis omninò solvendæ; tùm quia decima quemlibet sequitur possessorem, sive justum, sive injustum, *c. quanto 18. X. d. usur. c. de terris. 16. X. de decim.* Tùm, quia aliàs deterioris conditionis esset legitimus & b. f. possessor, quàm prædo, *contra l. si à domino. 36. §. 3. de hered. petit.* In personalibus iterum videndum, an in illicitè quæsitis dominium non transferatur in accipientem, sed detur repetitio, & tunc de iis quoq; non dantur decimæ, Ut in usurâ, simoniâ, rapinâ, furtô, ac similibus; An vero dominium transferatur in accipientem, nec competat solventi repetitio, & tunc decima debetur. Exemplum est in meretrice, quæ de iis rebus quas ex meretriciô lucrô quæsivit, decimas dare omninò tenetur, *Alex. Moneta, c. 4. n. 49. Rebuff. quæst. 5. n. 18. Tyndarus d. tr. n. 45. 46. & seqq.* hancq; quæstioné de meretrice cumprimis examinat *glossa ad c. ex transmissa. 23 X. de Decimis.*

8. Decimas regulariter omnes, cujuscunq; generis sint, persolvere tenentur, juxta *c. decima. 16. q. 1. Nic. Vigel. in Method. jur. controvers. lib. 3. c. 6. regul 5. in pr.* In quorum censu sunt: Clerici, quibus solvendi eas incumbit necessitas, tàm quoad bona patrimonialia, *c. si quis laicus. 16. q. 1 Andr. Hispan. tr. de decim. §. undecimò sui. n. 2. Panormit. in c. 2. X. h. t.* quàm personalia, *Rebuff. q. 5. n 6.*

Monet. c. 5. n. 4. Quod spectat *d. c. novum genus. 2. X. h. t.* loquitur illud non de decimis prædiorum, sed de decimis decimarum, antè à clericis perceptarum: quas clerici non tenentur solvere clericis sicut nec Levitæ Levitis persolvebant: alioquin exemplum Levitarum hùc incommodè traheretur, qui tunc temporis nihil præter decimas possidebant. Et ita illigendum, quod vulgò dicitur: *Clericus Clericum non decimat. Basiliens. vol. 3. Disp. 6. §. 6.* Alii alitèr, *vid. Rebuff. q. 5. n. 6.* Religiosi seu monachi, si sc. non ipsimet propriis manibus & sumptibus prædia excolunt, *arg. c. ex parte. 10. X. h. t.* Judæi atq; omnes infideles de terris, quas colunt, *c. de terris. 16. X. h. t. c. quanto 18. d. usur.* Laici, *c. decimas. 16. q. 7. c. præter. 6. in f. dist. 32.* Prælati etiam, æquè tàm ad decimas prædiales tenentur, quàm personales, *Monet. c. 5. q. 1. n. 9.* Item Reges ac principes astringuntur ad solutionem decimarum; prædialium quidem illi Ecclesiæ, ubi prædia sita: personalium autem, ubi divina audiunt officia, *Rebuff. q. 5. n. 25.* Leprosi, si agros vel vineas colant, aut per se in domibus suis vivant; secus si vivant in communi. *Moneta c. 5. n. 33. & 35.* Pariter emptores & conductores prædiorum: quæ à Monachis emerunt, vel conduxerunt, à quarum solutione ipsi liberi erant, *c. licet 11. h. t.* Imò & & pauperes ab harum solutione non sunt immunes, *CC. in c. cum homines. 7. X. h. t.* cùm tamen aliàs varia sint paupertatis privilegia, de quibus videri poterunt *Francis. Vivius decis. 222. & 268. Speckhan t. centur. quæst. 37. atq; Heinr. Salmuth, decade 1. epigramm. legal. epigr. 6.* Ratio verò duplex heic occurrit; 1. quia prætextu paupertatis nemo debet tenere aliena, & peccare, *l. palam. 43. §. non est ignoscendum. 5. ff. d. R. N.* 2. quia decima tanquam debitum solvitur, *c. parochianos. 14. h. t.* in solutione verò debiti non habetur ratio ad difficultatem vel inopiam, *l. continuus. 137. §. illud. 4. ff. d. V. O. Rebuff. q. 5. n. 14. Tyndar. d. tr. n. 41.* Secus est in iis, qui in tantâ necessitate atq; mendicimoniâ sunt constituti ut etiam

iam(priscô loquendi genere heic uti fas sit, quô de *Job. Kirchmannus lib. 4. de funeribus Romanor. c. 5. pag. 578.)* è rogô cibum rapere cogantur, *Moneta de. tr. c. 5. n. 32.* Qui verò pauperum adpellatione veniant, Judicis officio regulariter dijudicandum relinquitur, *Menochius 2. de arbitr. jud. quæst. casu 61. Em. à* Roßbach *in Prax. civ. tit. 61. n. 71.* Ayrer *p. 1. proces. histor. c. 7. obs. 2. n. 6.* Wehner *in Pract. obs. ad verb.* Armuth. Tandem etiam *secundùm Panormitan. in c. cùm homines. 7. h. t.* novus prædii possessor ad eas decimæs solvendas est adstrictus, quæ ab ejusdem prædecessore non fuerunt solutæ; quia decimarum præstatio onus est reale, & proindè rem ipsam sequitur, *arg. l. omnes. 3. C. sine censu vel reliquis. l. fin. C. de censibus. l. 41. ff. d. act. empt. Joh. Bapt. Costa, de ratione rata, quæst. 149. n. 11.* Quamvis quidam sint, qui ac hac opinione abscedant, uti ex *volumine 3. Disputat. Basiliens. Disp. 6. n. 6. circa fin.* perspici potest.

9. Dixi regulariter cunctos teneri ad solutionem decimarum; nisi, qui ab earundem præstatione speciali privilegiô & singulari quadam causâ exempti sunt, *c. à nobis. 24. X. de decim.* Hancq; immuuitatem nullus alius de jure Canonum concedere potest, præterquam Summus Pontifex, *c. suggestum 9. c. ex multiplici. 3. c. à nobis. 24. X. h. t. Rebuff. q. 13. n. 103. Tyndar. n. 58.* Adeò, ut neq; culmen Imperiale aliquem ab his eximere possit, *per c. tua. 25. X. h. t.* Quod tamen secùs de jure hodiernô, secundum quod Imperator & Principes privilegium non solvendi decimas omninò concedere possunt, Reichs-Absch. zu Augsp. de Anno 1555. §. damitt auch ob-berührte.

10. In specie verò à præstatione decimarum liberi sunt: I. Ipse S. Pontifex, ut qui summus est sacerdos, ac talis minister Ecclesiæ, qui aliis decimas imponit, *Clement. ult. de decim. Moneta c. 5. n. 20.* 2. Episcopus *idem d. c. 5. n. 23.* 3. Hierosolymitani, Cistercienses, Templarii & Hospitalarii; maximè autem quoad prædia ante Concilium Lateranense

nense adqisita, *c. nuper. 34. X. h. t. c. ex parte. 10. eod. c. si de terra. 6. X. de privileg.* 4. Monachi & Clerici, si bona sua propriis manibus colunt, *c. decimas. 16. q. 1. c. ex parte. 10. X. h. t. Vigelius in method. jur. controv. lib. 3. c. 6. reg. 5. in pr.* 5. Ii, qui ad extremam paupertatis necessitatem sunt redacti; dum tamen promittant, se reddituros, si fortuna ad pinguiorem statum eos evexerit, *arg. c. si quis propter. 3. d. furtis. Henr. Canisius in tr. d. decimis, c. 5. Panorm. in c. cùm homines. 7. h. t. Rebuff. q. 5. n. 14. 15.* 6. Pii loci de novalibus, *c. quid per novale. 21. X. de V. S.* 7. Laici, qui per spacium immemorialis temporis libertatem contra jus decimandi (vulgò die Zehend-Freyheit) sunt consequuti; hi enim hoc in casu absq; ullo decimarum onere fructus ex agris suis integris percipere possunt, *c. 1. de præscript. in 6.* eò, quòd tantum tempus habeat vim tituli legitimè instituti, & sit instar privilegii. Unde rectè *Uldar. Zasius cons. 6. lib. 2.* frustra *inquit* de titulo disputatur, ubi adest præscriptio ultra memorialis. *Carpzov. part. 2. const. Elect. 2. def. 4.* qui taliter etiam in causâ *Syndicorum Universitatis* zu Horschmar *M. Aug. Anno 1619.* pronunciatum fuisse, ibidem *num. 10.* testatur. Dissent. *Rebuff. q. 13. n. 55.* Quomodo autem tempus hoc immemoriale sit probandum, de eô textus est elegans *in l. si arbiter. 28. vers. sed cum. ff. de probationibus*, his verbis: *Cùm omnium hac est opinio; nec audisse, nec vidisse, cùm id opus fieret: neq; ex eis audisse, qui vidissent, aut audissent: & hoc infinitè similiter sursum versum accidisse; tunc memoriam facti operis non extare. vid. Monet. c. 5. n. 75. 76. seqq.* Aliud dicendum est de jure percipiendi decimas ab aliis, quod laicus per præscriptionem nunquam sibi adquirere potest, *Magnificus Dn. D.* Finckelthauß *in tr. de jure patronat. c. 4. n. 98. Carpzov. d. part. 2. const. 2. def. 4. n. 1. & seq. Berlich. p. 2. concl. 4. n. 24. Reusner. l. 4. decis. 2. n. 33. & 36. Rebuff. q. 13. n. 64.* 8. Electores, qui easdem de auri argentivè fodinis, quas in suis habent Principatibus, præstare non coguntur. Gülden Bull / tit. von Golt / Silber / vnd andern

der Ertz wegen. 9. *Schneidew. ad §. constituitur. 2. Inst. de usufruct. n. 7. Basiliens. vol. 3. disp. 6. §. 7. in f.* 9. Qui vim majorem passi sunt, utpote, quorum agri aquarum inundatione; & segetes grandine, uredine, hostiumvè incursione corrumpuntur, *arg. l. 10. §. ult. ff. de pericul. rei vend. l. 15. §. 2. ff. locati. l. 3. §. 17. ff. d. acquir. poss.* 10. Qui per belli necessitatem impediuntur, quò minùs arva sua colant; argumento ab Emphyteutâ desumptô, qui tali in casu canonem solvere non tenetur, *Basiliens. vol. 3. Disp. 6. §. 7. Circa fin. Carpzov. p. 2. const. 38. def. 19. Fachin. 1. controv. 90. Geil. 2. obs. 23. n. 23.* 11. Auctoritate S. Pontificis, aut etiam Episcopi, vel de totâ, vel quadam tantùm decimarum parte non solvendâ, transigerunt; talemq; transactionem fieri posse probant *c. statuimus. 2. c. veniens. 8. X. de transact. & Moneta d. c. 5. n. 123.* Vid. *Nicol. Vigelium d. lib. 3. method. jur. controvers. c. 6. reg. 5.* ubi plures tradit exceptiones, earumq; replicationes, & duplicationes.

11. Hoc verò privilegium duplici modô amittitur: 1. *Expressè*, si unicâ tantùm vice easdem *solvat*, *arg. c. cùm accessissent. 8. X. de constit.* 2. *Tacitè*, si decimas solvendô, nisi fiat cum præviâ protestatione, præscribi privilegio patiatur. *c. si de terrâ. 6. & c. accedentibus. 15. X. de privileg. Moneta c. 9. n. 105. 108.*

12. Principaliter autem decimæ sacerdotibus, Clericis & Ecclesiæ ministris debentur; *c. quamvis. 17. c. non est. 22. h. t. c. cùm secundum. 14. X. de prabend. Reusner. l. 4. decis. 2. n. 24. & 32.* Et quidem de prædiis sub illorum parochiâ sitis, *c. ecclesias. 13. q. 1. pastoralis. 9. X. d. his quæ fiunt à prælat. c. 5. X. d. parochiis. c. 18. c. 20. c. 29. X. h. t. Vigelius in method. jur. controv. lib 3. c. 6. reg. 6. pr. glos. ad art. 48.* Landr. *lib. 2. ad verb.* dasselbe thut mann. *ibi* diesen Zehenden soll mann den Tauff-Kirchen geben / daß ist / eines jeden Orts rechten Pfarherrn / vnd derselben Priestern. Quod adeò procedit, ut iisdem etiam solvi debeant, licet sint vel malæ vitæ, *c. si episcopus. 16. q. 1. c. quid dicam.*

14 q 4. *Rebuff. q. 7. n. 15.* Vel eas in malos convertant usus, *Hostiens in rubr. de decim. Monet c. 7 n. 33.* Vel divitiis polleant, neq; indigeant, *gl. in c. decimæ 16. q. 1. Monet. d. c. 7. n. 38.*

13. Interdum tamen eædem neq; laicis (quamvis aliàs hujus Juris regulariter secundùm Canones sint incapaces, *c. si quis lacius. 42. caus. 16. q. 1. c. pastoralis. 9. de his quæ fiunt à Prælat.*) denegari possunt. Ut 1. iis, qui ante Lateranense Concilium (quod celebratum Anno 1179. N. C. sedente Alexandrô III. Pontif. Maximô, *Moneta c. 5. n 67. Besold. vol 1. cons. 20. n. 134.*) decimas in feudum acceperunt; has enim ex concessione ejusdem Concilii licitè possident, *c. cùm Apostolica. 7. X. d. his quæ fiunt à prælat. gl. in Landr. art. 48. lib. 2. ad verb.* dasselbe *num. 4. incip.* doch so ferne. Tunc vero feudum decimale præsumitur ante concilium Later. datum esse, si immemorialis possessio probari queat *Zasius de feud. part. 4. n. 24 Menoch. de præsumpt. lib 6. c. 86. n. 4. Besold. vol. 1. consil. 20. n. 143. in fin. Vultei. lib. 1. de feud. c. 5. n. 13. pag. 104.* tùm, per certos quosdam testes, deponentes, se vidisse semper ita fieri, & nunquam vidisse contrarium, & à senioribus & majoribus audivisse, id ita factum esse, nec unquam audivisse, contrarium actum esse, *Moneta c. 5. n. 76.* tùm etiam, si communis Fama testetur, laicos eas decimas titulô feudi possedisse, *idem c 5. n. 74. in f.* Atq; ita conclusum fuit inter *Episcopum Cantuariensem & Nobilem quendam* in Capella Tholosanâ, *Basiliens. d. vol. 3. Disp. 6. th. 10. in fin.* 2. Illis, qui jus decimandi ex speciali concessione S. Pontificis adepti sunt, is n. hujus juris laicos aliàs incapaces, capaces facere potest. *Panorm. in c. causam. 7. X. d. præscript.* Hinc *Reges Hispaniæ Ferdinandum & Elisabetham* decimas *Regni Granatensis* à S. Pontifice obtinuisse, refert *Covarruv. Pract. quæst. 35. n 2.* Laicus autem beneficiô alterius laici easdem possidere, & in feudô habere nequit, *c. cùm Apostolica. 7. X. d. his quæ fiunt à prælat. c quamvis. 17. c. ad hæc. 15, X, h. t. Zasius de feud. part. 4. n. 26.*

Quanquam

Quanquam in Germaniâ nostrâ secus est, ubi Principes seculares laicis, & frequenter Nobilibus decimas infeudare solent, *teste eôdem Zasiô d. loc. & Bocerô in tr. de feudi amiss. c. 2. n. 31. in fin.* Quâ verò ratione factum sit, ut decimæ, Ecclesiis destinatæ, in laicorum vel secularium manus pervenerint, tradit *Cranzius in Metropoli suâ, lib. 1. c. 2.* Quò pertinet, quod notat *Codex Donationum A. Miræi cap. 34. in not.* Pontificum nim. Romanorum concessione variorum locorum decimas ad manus Principum atq; aliorum Laicorum transiisse, intuitu beneficiorum, ab iis Ecclesiæ præstitorum. *Add. Joh. Gryphiander in tract. de Weichbildis Saxonicis, c. 30. per tot.* 3. His, quibus à Clericis urgente æris alieni necessitate & evidenti Ecclesiæ utilitate, adhibitis solemnibus decimæ *vel* venditæ. Sic *Abbas & Conventꝰ Monasterii Erpacensis Anno 1564.* decimas civitati *Biberacensi* pro N. florenis vendidit: Itẽ, eodem tẽpore *Elector Palatinus* decimas *in Bacharacb à Moguntinensi Capitulò* emptionis titulò consecutus est. In quâ & simili decimarum alienatione non Spirituale jus in laicum transfertur, sed solummodò temporale, i. e. fructus & commoditates decimarum, *Moneta c. 5. n. 63. Vel* oppignoratæ, *Specul. de pignoribus pag. 324. n. 29 Jason de Action. § item Serviana 7. num. 109. & 110 Vel* locatæ; Decimas n. percipi posse titulô locationis & conductionis, argumentum est *cap. vestra 2. X. d. locat. c. querelam 4. X. ne prælat. vices suas Monet c 5. n. 64. 65.* Quô casu non conductor, sed locator casus fortuitos præstat, *juxta l. 9. §. 3. & 4. l. 25. §. 6. l. 15. §. 2. ff. locati. l. 8. C. eod. l. 23. in fin. ff. d. R. J.* Secus si conductor eos nominatim & specialiter in se receperit, *l. 13. §. 5 ff. locati. l. 22. C. d. negot. gest.* Huic enim conventioni standum, conductoremq; si remissionem mercedis seu pensionis petat, non audiendum esse, accuratè notant Dd *Ludov. Lopez, lib. 2. c. 27. & Geil. lib. 2. obs. 23. n. 17.* qui hanc cautelam maximè locatori observandam suadet. Quid verò si *periculum* in se susceperit, an & tunc de casu fortuitô tenebitur? Et non teneri eum, sed necesse esse casus

 speci-

specialiter & nominatim exprimi, assertio est,& Juris textibus,& rationibus convenientior; tum *per l. litis. 37. §. 1. ff. de negot. gest.* Tùm quòd in generali promissione non veniant ea, quæ quis specialiter non fuisset concessurus, *l. obligatione. 6. l. deniq; 8. ff. de pignoribus, l. 1. C. quæ res pign. oblig.* Jam vero præsumendum non est, nec verosimile, quòd bonus paterf. ad casus fortuitos se obligare voluerit, cùm nemo credatur jactare suum, *l. 25. ff. d. probat.* Accedit, quod Dd. concorditer & adseveratè notant *ad l. sed et. 4. §. quæsitum. 4. ff. si quis caution. in judic.* eum, qui dicit auff meine Gefahr / vel: *suscipio periculum*, ad casus fortuitos non obstringi, præsertim, si illa verba non sint frustratoriæ, sed alium, eumq; commodum, operentur sensum, *l. 109. ff. d leg. 1.* Vid. omninò *Ludov. Lopez lib. 2 c. 28. de Contr.* Eamq; opinionem tenet *Johan. Glossator & Petr. de Amicho. in Consil. 402. pluribus rationibus, teste Hieron. Pantzman. quæst. 6. n. 20. & 31.* Qui & ipse *in fin. n. 105.* addit: sententiam hanc esse benigniorem, nec judici in pronunciandô ab eâ recedendum. Atq ita in puncto Decimarum pro parente *CL. Domini Præsidis* Joachim Ramdohr conductore, ad ejusdem consultationem contra Dnn. Johann. D.& Heinrich Heydermann Gebrüdere locatores, *Mense Juliô Anno 1628.* respondit *Facultas Juridica Lipsiensis. Ibi:* Dennoch aber vnd dieweil die Pacht-Herren / wie recht nicht erweysen können / daß ihr vor-angezeigte casus fortuitos auff euch außtrücklich genommen / noch sonsten morem regionis beständig erweysen vnd beybringen können; So seyt ihr auch solche Schäden / so wegen deß Kriegs-Wesens sich ereignet / rc. vber euch gehen zu lassen nicht vorpflichtet / V.R.W.

14. Forma solvendi decimas tribus in Circumstantiis potissimùm consistit: *Quomodo* sc., *Ubi* & *Quando* præstari debeant. Quod *primam* spectat: Eædem (1.) *fideliter* dandæ sunt, adeò, ut nec optimum neq; pessimum solvatur, sed quicquid ex arbitriô fortunæ decimum erit, illud solvatur, *Levit. ult. vers. 33. c. quicunq; 4. c. omnes.*

5. caus.

5. cauf. 16. quæft. 7. LandesOrdnung *fub tit.* von Zehenden. *22. in pr ibi:* Es soll der Zehender dem Pfarrer den Zehenden ohne einigen Vortheil vberreichen. Sic de vitulis aut agnis decimus solvitur, prout sub virgâ pastorali transeunt, *Moneta c.6.n.27.* Adeoq; nec præstandæ sunt ad arbitriũ & electionem solventis: nec ab ipsô cõmutandæ, aliàs in pœnam utrumq; debetur, tã commutatũ quã id cũ quo cõmutatur, *ut disponitur in d. c. omnes. 5. cauf. 16. q. 7.* Hodiè tamen hæc commutatio de voluntate partium jure fieri potest, *notante Rebuff. q. 11. n. 2. in fin.* (2.) *Integrè* h. e non deductis expensis, in agricolas atq; messores collatis, *c. commissum. 4 c. non est. 22. c. ex transmissa. 23. c. tua. 26. X. h. t. Vigel. in meth. jur. contr. d. lib. 3. c. 6. reg. 9. Zobelius in apostill. ad art. 48. l. 2.* Landr. *lit. c.* Quod tamen de prædialibus tantùm decimis intellectum volumus, aliud enim in personalibus obtinere, notat *Rebuff. quæst. 11. n. 3. 4. seqq. & Moneta c. 6. n. 28. seqq.* Hic tamen observandum, consuetudine & temporis immemorialis præscriptione introduci posse, ut minus solvatur, vel etiam certa pecuniæ summa; & quando in aliquô loco consueta est solvi certa pecuniolæ quantitas per tantum tempus, cujus initii non extat memoria, tunc præsumitur, quòd ex consensu & conventione initâ cum Parochianis talis quantitas fuerit constituta, sive, quòd super hôc fuerit facta legitima compositio & transactio. Quemadmodum etiam ita in causa deß Fleckens Doningen contra Nobiles von Villingen de decimâ fœni pronunciatum fuisse, testatur *Besoldus, vol. 1. consil. 20. num. 98.* his verbis: Dann es haben die von Villingen ꝛc. Quem omninò vide. (3.) *Absq; ulla admonitione, c. cum homines. 7. X. h. t. Moneta c. 6. n. 21.* quanquam humanitatis & urbanitatis causâ petitio aut admonitio quædam generalis àClericô semel bis & ter præmitti possit, *Rebuff. q. 12. n. 14. Moneta c. 6. n. 23.* (4.) *Inferenda sunt in in borrea curati* seu *collectoris, Covarr. 1. V. R. c. 17. n. 8. Panorm. in c. ex parte. 21. h. t. Gravett. consf. 21. n. 1. Zobelius ad art. 54.* Landr. *lib. 1. lit. c.* Nisi consuetu-

suetudine aliud introductum, *Monet. c. 6. n. 6.* quam consuetudinem valere tradit *Rebuff. q. 13 n. 49.*

15. *Secundò* etiam certô in loco sunt solvendæ; Nim. in ipsô] fundô ex quô, & in quô enatæ, & ortum traxerunt. *Baldus in l. quod legatur 38. ff de judiciis. & in l. 1. C. d. fructibus & lit. expens.* Landr. *d. art. 48 lib. 2. ibi.* die Saat vorzehend mann auff dem Felde: das Viehe in dem Dorff in eines jeglichen Mannes Hofe / da das Viehe geworffen wird. *& ibidem Zobelius, lit. a. & b.* Quod deniq; *tertiò* tempus concernit, requiritur I. ut solvantur fructibus statim collectis, h. e. à solô separatis, *c. cùm homines. 7. c. non est. 22. h. t.* Vbi tamen observanda loci cujusq; consvetudo. Nam alibi solvitur decima frumenti, postquam à paleis separatum est: alibi, fructibus à solô separatis & in manipulos (vulgò Garben) redactis, decima pars frugum in fundô relinquitur. Sic in Carinthiâ interdicitur frumentum antè triduum abduci, ne tali veloci abductione decimarum defraudetur collector. ZehendOrdnung / *art. 4. pr. Adde Casp. Ant. Thesaurum in quæstionibus forens. cap. 9. n. 1.* Sic & in plerisq; locis ante frugum collectionem curatus certiorari & admoneri solet, ut vel ipse, vel per procuratorem huic collectioni & separationi adesse velit, ne ulla fraus committatur. *d. constit. art. 5. pr. ibi:* auff daß er der ZehendHerr selbst oder seine Gesanten das Getreid von der Sichel in die Hüfflin abzehlen möge. *Speculator in Tit. de decim. vers. ultimò quæritur. 12. Zobelius ad d art. 48.* Landr. *pag. 267. column. 4. in verb. quod si decimator. Covarruv. c. 17. n. 8. lib. 1. V. R.* Landes-Ordnung *Tit.* von den Zehenden. *22 in pr. ibi:* Weil hierinnen den Pfarrern allerley Vortheills / und undanckbarlichen Betrugs / dadurch sie an jhrem Verdienst unnd schuldigen Einkommen mercklich vorkürtzet / vielmahls begegnet; So soll / zu vorkommung desselben / keiner der dem Pfarrer oder Kirchner-Zehend zu geben schuldig / etwas vom Zehend-Acker heimführen / er habe dann dem Pfarrer solches zuvor vermeldet / und jhm den Zehenden / nach rechter Anzahl des

Gewächses /

Gewächses / vberlieffert vnd zugestellet rc. Landrecht *lib. 2. d. art. 48. ibi:* Wann ein Mann sein Korn einführen will / das soll er dem Zehender verkündigen. Si verò hæc admonitio atq; certioratio intermittatur, non tantùm curatus petere potest inhibitionem, ne dominus fundi fructus colligat, aut è fundô exportet, nisi se, vel suô nunciô præsente, *per tradita Casp. Anton. Thesauri lib. sing. quæst forens. quæst. 9. n. 1. Monet. c.6.n.4. Specul. in tit. de decim. vers. 12. Zobel loc. supr. dictô.* Sed &, si frumentum vel vinum interea perierit, vel abstractû fuerit, tenetur is, qui solvere vel admonere debebat, *Moneta c.6.n.10. Rebuff. q.12.n.2.* quia in morâ fuit. *Rebuff. q. 12. n. 7.* Secus est, si curatus hac de re admonitus, Landr. *art. 48. lib. 2. vers.* dasselbe thut man auch *in pr.* In Franconiâ, & quidem Herbipoli, ob exhibitam in decimando infidelitatem, juvenis additur, qui diligenter notet, & jubeat etiam, ut quodq; decimum vas lectum absq; fraude domino suo tribuatur. Finitâ vindemiâ hi pueri omnes in campo convenientes singuli se de stramine, quod ad hoc advectum est, unâ, aut duabus facibus armant, quibus sub noctem incensis cantantes civitatem ingrediuntur. Ita hunc morem nobis suggerit *Joh. Boemus in tr. de omnium gent. moribus, lib. 3. c 15. p. 318.* 2. Ante aliorum censuum vel tributorum exactiones, *c. cum non sit. 33. vers. statuimus. X. h. t. ubi gl. Abb. atq; cæteri Dd.* Et aliàs earum solutio omnes aliàs solutiones præcedere debet; inde prærogativam eas habere præ hypothecariis & anterioribus, notat *Bened. Carpzov. p. 1. Const. 28. def. 54.* Quæ omnia de prædialibus decimis subintelligenda sunt: Personales enim regulariter in fine anni tantùm debentur, *gl in c. revertimini. in verb. annus 16.q.1.* Si tamen intra annum solvantur, non debent recusari, *Anton. de Butr. in c. ad Apostolica, in fin. X. h. tit.*

16. Et quanquam præscripto modo decimæ persolvendæ, non rarò tamen malè-feriati inveniuntur, qui eas, justè debitas, aut omninò persolvere audaciter renuunt, aut easdem malignè attrectare non erubescunt; salutis æ-

viternæ

viternæ jacturam, *Gravetta Cons. 206. n. 17.* Divinam maledictionem, *Rebuff q. 15. n. 3.* Excommunicationis fulmen, *Moneta c. 8. n. 64.* Et tandem Ecclesiasticæ sepulturæ privationem *Rebuff q 15. n. 16.* parum metuentes; Ideoq; certa quædam remedia Legalis concessit Auctoritas, quibus, ceu arietibus, Curatus hæcce Iniquitatis genimina ad solutionem aut restitutionem decimarum pulsare possit.

17. Et quidem, si agitur in *petitorio*, decimæ præteritæ & separatæ petuntur rei vindicatione, *c. moderamine. 23. ibi: sibi vindicent. & c. revertimini. 65. ibi: quia fraudâstis me parte meâ. 16. q. 1.* Ubi expressè in bonis Ecclesiæ numerantur, *Rebuff. q. 9. n. 6. Hackelmann Disp. Canon. 8. §. 12.* Quandoq; etiam competit actio confessoria, si videlicet agitur inter duas Ecclesias de proprietate juris decimandi, quia agitur de re incorporali; pro quâ aliàs, & pro omnibus juribus vindicandis hanc actionem dari receptum est, *Rebuff. d. q. 9. n. 11. & 13.* Schneidew. *ad §. æque. 2. J. de action. sub rubr. de confess. act. n. 10. p. 661. Bach. de Act. D. 2. §. 23.* Interdum etiam, si Ecclesia agit contra colentem prædium, locum habet condictio ex Canone, quæ est adinstar condictionis ex lege, *l. un. ff. d. condict. ex leg. Monet. c. 8. n. 39. Rebuff. n. 13.* ubi actionem de dolo; quæ datur contra dolosum, qui suasit, ne solvantur decimæ *l. si quis. 9. ff. d. dolo*; & alia remedia tradit. Quia verò interdum accidit, ut is, qui agrum possidet liberum, simul etiam habeat decimalem: atq; sic illum excolat, hunc verò in detrimentum decimarii fraudulenter incultum relinquat, eâ spe (ast fallaci) fretus, fore, ut hoc modô à decimarum onere liber fiat, atq; petentem decimarium hâc exceptione putatitiâ repellere valeat; Hoc casu officium Judicis implorandum, qui decimarum debitorem ad similem agri decimalis culturam adiget, & pro modô circumstantiarum puniet. Et ita in jure nostro Saxonicô Electorali sancitum reperimus, his verbis: Alß auch etwan befunden / daß die Bauren zweyerley

erley/alß Freye- vnd Zehend-äcker/ zugleich innen haben vnd besitzen/vnd aber in deme auch jhren eignen Nutz vnd Vortheil/ zu Schaden vnd Abbruch der Pfarrern suchen/ also daß sie allein die freyen Aecker bawen vnd tüngen / dargegen aber Zehend-äcker/ vngetünget stille liegen lassen/ dadurch dann der Pfarrern Einkommen geringert: So soll die Obrigkeit/Amptleute oder Schösser / denen die Botmässigkeit jedes Orts zustehet/vnd sie von den Pfarrer derohalben angelanget werden/ darauff sehen vnd achthaben/ daß solche Zehend-äcker gar oder nach gelegenheit vnd gewonheit zum theil / gleich den jenigen vnd freyen Erb-äckern / getünget vnd besect/vnd dem Pfarrer sein gebührlich Zehend davon/ohne Vortheil wissentlich/vnd zu rechter bequemer Zeit/vnseumlich gereicht/vnd in wegerung/ der Zinßmann/so den Zehenden geben soll/gebührlich hierumb gestrafft werden. Churfürstl: LandesOrdnuug / *sub. Tit.* von Zehenden. *20 pag 154.*

18. Hæc de remediis in petitoriò competentibus; In Possessoriò verò judiciò 1. *pro adipiscendâ possessione* Curatus concludet, se habere talis loci curam, & propterea petat adipisci decimarum possessionem, *Rebuff. n. 1. Monet. c. 8. n 27. 2. pro recuperandâ* possessione, si decimis spoliatus est, concludet ad earum restitutionem, *c ad decimas. 2. d. restit. spol. in 6.* Modò deducat, se bonô cum titulô decimas percepisse, *d c. 2. d. rest. spol. in 6. Canisius de decim. c. 16. n. 6.* Et licet laicus sit, qui jure percipiendi decimas est spoliatus, nihilominus regulariter restituendus, *Moneta c. 5. n. 82.* Cùm aliàs de jure hodiernô novissimô tàm laicis quàm clericis interdictum sit, ne decimis aliisq; reditibus se invicem spolient, R. A. zu Speyer de Anno 1526. §. vnd nach dem & R. A. zu Augspurgk Anno 1530. §. Item. Wie Wir. & §. Wir auch. 3 *Pro retinendâ* contra omnes, qui quocunq; modô nos turbant, utiliter agere possumus Interdictô UTI POSSIDETIS., *Rebuff q. 9 n. 3.* Quamvis hoc ei principaliter competat, qui quacunq; ratione & modô in possessione rei corporalis & immobilis turbatur: usu tamen & consuetudine receptum est, ut hoc Interdictum detur quoq; illis quib. molestia aliqua vel impedimentū infertur in

D jure

jure incorporali, veluti, qui turbatur in Jurisdictione, in jure eligendi, præsentandi, percipiendi annuas pensiones, & decimus, &c *gl. in l. 1 ff. uti possidetis l. sicut. §. Aristo. de servitut. CC. in c. querelam. X d. elect. Oldendorp. Class. 2. Act 4. cap. 5. §. 2. 3 seqq.* Ubi tamen simul necesse est, ut probetur antiquior possessio vel quasi *c. licet 9. X d. probat.* Quæ si sufficienter fuerit probata, nova præsumitur esse vitiosa, *Wesenb. Cons. 1. vol 1. n. 45. Menoch. de recuper. poss. remed 15. n 384* Et hôc in punctô ea probatio sufficit, quæ fit per testes singulares; ita, ut, si unus testis deponat de hordeô, alius de triticô, nihilominus probatio valeat: Licèt etenim singulares sint respectu actuum, ratione tamen finis conveniunt, & plenam inducunt probationem, *Gail. lib. 2. Obs. 66. n. 12 Felinus in c. licet ex quadam. 47. X. d. testib. Mascardus vol. 1 d. probat. concl. 483 n. 1. & 2. Gabrielius. l. 1. conclus. de probat. concl. 2 n. 34.*

19. Ne autem per iniquitatem, imperitiam, vel etiam negligentiam Judicum litigantes forsan lædi possint, *arg. l. 1. pr. ff. d. appellat.*

(Nam Judex bonus est pice nunc rarior albâ;)

iisdem indultum est saluberrimum appellationis remedium, quod *præsidium Innocentiæ* adpellatur à Pontif. *in c. cùm speciali. X. de appellat. & Alex. de Imolâ Cons 113. vol. 5.* Hoc verò locum habet, quando super possessoriô controversia movetur; iisq; in causis citationes in Camerâ decerni & appellationes recipi, attestatur *Gail. 1. Obs. 38. n. 4 & Rosenthal de feud. c. 12. concl. 3. n. 32.* ubi docet, hanc praxin cottidiè in Germaniâ observari. Secus est in petitorio, in quo sententiâ definitivâ ad solvendas decimas condemnatus, appellationis beneficiô non gaudet, *c. ex multiplici 3 c. tua nobis. 26. X h. t. Galeot. in margaritâ aureâ c. 26. n. 17. Gail. d. loc. n. 1. & 2.* ubi attestatur, appellationes in petitoriô in Camerâ Imperiali nô fuisse receptas. Idem censet *Mynsing. cent. 5. obs 10.* licèt desuper fuerit exceptum; additq; ita judicatum fuisse in causâ *Francisci* von der Klee contra *Decanum & Capitulum* zu Xanten. *Hillig. in Don. Enucl. lib. 28. c. 6. lit. f f. & h. h.*

20. Curæ-pretium nunc erit, ut dispiciamus, quis Judicis

dicis officium in Decimarum controversiâ obtinere debeat? Hanc ergò cognitionem regulariter suscipit judex Ecclesiasticus, quando sc. actio in Petitorio intentatur, & sic de jure decumãdi disceptatur, *c. dudum h.t. c.2.X.d.judic Rebuff q.10.n.2 Monet.c. 8.n 1 Geilius lib.1.obs.38.gl.in art.48 lib. 2.* Landrecht/ *in verb.* dasselbe thut mann. *ibi:* Uber sachen den Zehenden belangende/achet allein daß Geistliche und nicht das Weltliche Gericht. Ratio, qa: sicut clericus in aliis rebꝰ merè Spiritualibus cognoscit, ubi quæstio est juris, *c. tuam 3.X d. ord. cogn. & c. cùm sit 8.X.d. foro compet.* Ita & in causâ decimarum, utpote, quæ etiam Spirituales sunt, *c. tua. c. pervenit. cum seq. X.d. decim. c fin. X.d rerum permut: Wesenbec. cons 56.n.1.*

21. Non tamen ab hoc judiciali munere laicos in totum excludimus; Nam & secularem judicem in Spiritualibus interdum cognoscere posse, indubitati juris est: Si scilicet 1. litigantes in mero Possessorio versentur, *Gravetta consil. 258 in pr. Myns. cent.2.obs.67.n.2 Geil.1.obs.38.n.3. Basilienses vol. 3. Disp.6.§.13.* Licèt enim causa decimarum sit spiritualis, Possessorium tamen non videtur esse spirituale; cùm aliud res sit, aliud possessio rei, *Aymo Gravetta consil. 258. n. 1.* Et quæstio super possessione rei spiritualis nõ cẽsetur pro spirituali, *Zabarella in Clemẽt. 2.q.10 gl in c. litteras. 2. X. de juram. calumn. verb: Rebus.* Quæ adserit, Possessionem cujusq; rei spiritualis esse temporalẽ. *Gvid. Papæ decis.1.n.1. Ubi vide additiones Ranchini. Menoch. cons.268.n.8. & de recuperand poss. remed.15.n 811. Magnif. Dn. Finckelthaus in d. tr. de jure patron. c.8.n.7 8.* Quibusdã tamen in casibus Judex secularis & in petitoriò judiciò competens est, quos vide apud *Basiliens. vol.3 Disp.6.§.14. in pr.* 2. Quotiens de factò solutionis non factæ disceptatur, hoc in casu judex laicus itidem cognoscere potest. *Wesenb. cons. 56.n. 6. Aym. Gravetta cons. 258. in pr. in verb. primò, quoties. Geilius 1 obs.38.n.4 Monet. c. 8 n.5.* Non solutas enim esse decimas, quæstio meri facti est, *text. est in l. asseveratio. 10. C. de non num. pecun.* De quô Judex temporalis cognoscere potest, *Wesenb. consil 56 n.6.* Et licet ipsum jus sit spirituale, attámen quæstio facti non dicitur spiritualis, *Gravetta cons.258 n.7.* 3. Quando

agitur

agitur super fructibus decimarum, *Rebuff. q 10. n. 4.* qui inter spiritualia non computantur, nec causa eorum spiritualis, ut decimarum, *Wesenb. consil. 56. n. 7.* 4. Quando jus decimas percipiendi ad laicos spectat ex feudô, vel privilegio, judex competens tam conveniendô, quàm excipiendo erit laicus, *Rebuff. q 10. n. 39. Covarr. pract. q. c. 35. n. 2. Monet. c. 8. n. 15.* Atq; ita his casibus de decimis cognoscendi laicis competit facultas. Quam tamen judices seculares ad se traxisse, earumq; cognitionem usurpâsse, hâc fabulâ *ex Gangvinô & Æmiliô notat Rebuffus q. 10. n. 7.* Scire (inquit) oportet, Carolum Martellum, Caroli Magni Imper. avum, postquam obtinuisset victoriam contra Sarracenos, voluisse Nobiles & regni proceres ex alieno compensare. Et ut animi sui liberalitatem erga eos ostenderet, non dissentientibus Episcopis, decimas Nobilibus laicis & regni proceribus dedisse, per-sanctè jurans, si diu viveret, se omnia Ecclesiis & multò majora repensurum: quod non fecit, sed ejus sacrilegii causâ non multò post mortuus & ad inferos delatus est: Cadaver ejus sepultum fuit in æde Sancti Dyonisii: in cujus sepulcro post aliquot annos ingens serpens, fortè Diabolus in serpentis specie, inventus est; ex suo autem cadavere & ossibus nihil omninò inventum est, adeò quòd multi conjectabant eum, cum corpore & animâ in inferno ob tale egregium decimarum facinus sepultum. *Add. Camerar lib. 1. medit. histor. cap. 11.* Hodiè hæ causæ omnimodò in Consistoriis Ecclesiasticis tractantur, & cottidiè deciduntur, ut cottidiana comprobat experientia, Churf. Sächs. KirchenOrdnung/ *Rubr.* von beyden *Consistoriis. Tit.* was sachen. 7. §. alle sachen: *fol. 260. ibi:* Alle sachen/ so der Kirchen Einkommen/ Nutzungen/ darzu der Kirchen Diener Besoldung betreffen. rc. *Finckelthaus d. tr. de jure patron. c. 8. n. 9. & cap. 4. n. 14. & 19.*

22. Officium v. Judicis hoc in casu præcipuè erit: ut, cùm judicium de Decimis summarium sit *Maranta part. 4. specul. aur. Tit. de judiciis. pag. 142. num. 174.*, in eodem de plano ac sine strepitu & figurâ judicii procedat. *textus est expressus in c. dispendiosam, 2. clement. 2. de judiciis, c. sapè, 2. d. V. S. lib. 5. Clem.*

Hartm.

Martin.Hartmanni,pract.Obs. lib. 2. Miscell.ex jure Canon. t. 2. observ.9.n.3. Adeò ut etiam tempore feriarum implorantibus officium suum impertiri teneatur, *Specul. in tit. de feriis. §. sequitur. 2. n. 11. & cum eô Everhardus in Topic. à tributô ad decimam. pag. m. 213. A.* Consentientibus tamen partibus, litium nodes juxta ordinariam judicii telam poterit derimere: neq; Processus propterea erit irritus, neq; etiam irritandus, *uti sunt verba textûs in d. c. sapè. 2. in f. Clement. 2 de judic.* Imò eidem præterea concessum est, ut ex officiô procedere possit contra non solventem decimas, tanquam contra notoriè delinquentem, *Monet. c. 8. n. 76.* In tantum, ut illi permittatur, decimas captis pignoribus exigere, *Reusnerus d. lib. 4. decis. 2. n. 41.* Postea, si eundem non poterit compellere *Monet. c. 8. n. 77.* curet, ut vel tremendô excommunicationis fulmine terreatur, *c. omnes decimæ. 16. q. 7. c. statuimus. 16. q. 1. Moneta d. c. 8. n. 64.* Vel etiam brachio seculari tradatur, licèt præsentissima sanguinis effusio immineat, *c. postulasti. 21. X. d. homicid. Besoldus vol. 1. consil. 19. n. 62. Rebuff. quæst. 15. n. 18.*

23. Atq; hæc de Decimis, quas vocant spirituales, summotenùs dicta sint: In quarum tractatione sicubi forsan hallucinatus fuero, non dubito, fore, ut candidus Lector juvenili fervori aliquid veniæ concessurus siet; præprimis, si insignem materiæ difficultatem pensiculatiùs considerare non dedignetur. Reliquum nunc esset, ut etiam de decimis Papalibus (quæ è clericis S. Pontificii solvuntur, *Monet. c. 9. n. 1.*) aliquid edissertarem, sed quia hæc materia in Nostris territoriis parvam videtur habere utilitatem, hinc ejus pertractationi supersedebo, cupidum Lectorem ad solertis industriæ virum & non vulgari ingenii subtilitate præditum Alex. Monetam (uti hac laude eundem dignatur *Joh. Bapt. Costa, de ratione ratæ, quæst. 149. n. 1.*) remittens, qui Decimarum Papalium naturã *in cap. 9. d. tr.* pro more & genio suo, satis nervosè explicatam Nobis reliquit. Et sic huic de Decimis dissertationi bono cum Deo umbilicum feliciter impono.

Criminalis Jurisdictio & merum Imperium non differunt.Contra Obrechtum.

2. *Substitutio, facta in casum voluntatis, non rectè porrigitur ad casum impotentiæ. Contra* Trétacinquium.

3. *Inter conjunctos verbis tantùm locum habet jus accrescendi.Contra* Ant. Fabrum.

4. *Mandans vulnerari tantùm, secutô homicidiô, non tenetur ex L.Corneliâ.Contra* Barthol. Veronensem.

5. *Femina à feudo semel exclusa, non perpetuò censetur exclusa.Contra* Zasium.

6. *Elector intestamento proximum agnatum jure tutelæ privare nequit.Contra* Bachovium.

7. *Jure Saxonicô filius non potest feudum retinere, & hereditatem repudiare. Aut enim in utroq; succedere, aut utroq; carere tenetur.* Berlich. p.2. concl.56.n.18.

Eximiè Erudito Domino Respondenti,
Amico suo perdilecto, S.P.

Quid Themis in Decimis *statuat, tua vivida Virtus*
Protegit: En decimas *porriget Ipsa suas!*

Godfried. Fiebig D. & P.P.

Sic datur Aonii superare cacumina *montis*,
Quò, video, celeri te *properare* gradu.

Hic

Hîc tibi *Primitias, Decimasq;* rependet *honorum*
Omnis Castalio dedita turba choro.

Eruditissimo Dn. Resp.
grat. f.
Andreas Ramdohr D.
Præses

Ad Præstantissimum Dn. Respondentem.

Eylbergere, tuæ cùm specto momina vitæ,
Semper & in doctis lumina fixa libris,
Non possum non te calamo laudare favente,
Et precium studiis dicere præco tuis.
O utinam talem, tâm frugi, tamq́; probatam
Progeniem cuivis detur habere patri!
Tardius adveniet multorum creta capillis,
Et communis erit res meliore loco.

Amico & convictori
lmq́; f.
Daniel Stablius
P. P.

Non satis illud erat, Sophico impallescere agoni,
et calidè Historicis invigilare libris:
nunc etiam Canones, *&* civica jura *potentum*
Induperatorum nocte dieq́; teris.
Inde Tibi Decimæ *excerptæ, quas divite messis*
proventu excipiet, primitiasq́; seges.

Lmq́; f.
Amico dilecto
Johannes Michael Dilherrus P. P.

Abdita

Abdita quæ colitur generoſi vena metalli
Emicat & Dominum protinus ære beat:
Aurea ſic virtus felici condita mente
Cultori nitido frugis honore micat.
Frugis honos dulcis Mirtus viridisq; corona eſt
Hanc nectent Charites, Cypria turba, tibi.

Id quod
Eximio & Literatisſimo Dno.
Reſpondenti
*Amico & Commenſali ſuo dilectiſ-
ſimo ex animo vovet*
M. Chriſtianus Martinus
Willichius Hamb.

Sonnet.

Diß iſt der rechte Zweck: So kan mann reichlich nützen
Den Lentzen ſeiner Zeit: So bringet mann darvon
Vor Arbeit ſüſſe Luſt vnd Vbergroſſen Lohn/
Wann mann durch Mühe rennt hin nach Parnaſsus Spitzen.
So kan mann allernächſt bey vnſrer Themis ſitzen/
Der Hochgebornen Fraw: Sein jhr geliebter Sohn:
So folget vns einmal die vnverwelckte Kron'
Vnd zieret vnſer Haupt. Ja die vns auch magk ſchützen
Vor Todes Grimmigkeit/wir leben für vnd für.
Fahrt fort/geehrter Freund/bleibt nur beſtändig hier/
Gewiß ſie dencket ſchon/wie ſie euch mög' ergetzen
Sie träget Blumen ein vnd iſt bemühen gantz
Mit jhrer zarten Hand zu flechten einen Krantz
Der Ehren/ den ſie will in kurtzen euch aufſetzen

ſetzte es auff
von wegen guter Freundſchafft
Johan Förſter.

F I N I S.